



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Stimvlvs Compvnctionis, Et Soliloqvia**

**Juan <de Jesús María>**

**Coloniae, 1611**

De infidelitate, quam periculum est, ne peccator incurrat. Cap. 13.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45624**

gans per mare magnum fundabitur iacta  
anchora spei firmissime, quā ego acquisi-  
ui tibi pretiosissimo sanguine & inæsti-  
mabili charitate mea.

*De infidelitate, quam periculum est, ne  
peccator incurrit.*

CAP. XIII.

**E**go Altissimi Dei filius sum lux mun-  
di, & iusto iudicio punio peccatorem  
qui odit me, interioribus tenebris, quibus  
obscuratur intellectus. Quod malum ad-  
cō graue & formidabile est, vt aliquando  
infelix peccator multiplicando delicta  
in tantum à vera luce recedat, vt infidel-  
itatem incurrit. Recessit à me, & dilexit  
bona terrena plusquam me: ex quo fit, vt  
depravata volūtas ita corrumpat verum  
iudicium intellectus, vt tandem fidem  
catholicam amittat. Sic videre poteris,  
fili, quid acciderit peccatoribus multis,  
qui cum prius in me credidissent, aggra-  
uando peccata auaritię, superbię, gulę,  
aut luxurię, errauerunt à fide, & inserue-  
runt se doloribus multis. Vx illis, qui o-  
derunt purissimam lucem meam, qua  
bonum æternum, & incommutabile co-  
gnoscitur, & bonis creatis anteponitur!

Melius

Melius erat cis, si nati non fuissent homines illi: nam exrema infælicitas est à fide mea errare, & iugum meum obscurato intellecūtū proijcere. Et tu ergo, fili, considerans quid acciderit alijs similibus tibi, conuertere ad me: ne forte multitudine peccatorum oneratus, & legis meæ immaculatæ tædio affectus incipias non bene sentire de bonitate mea, & relaxato corde per amorem bonorum temporalium tradas te vitijs, & concupiscentijs, usque ad prodigiosam abnegationem fidei meæ. Vide, fili charissime, quò tendas, dum peccare non desinis: ne sis crudelis in temetipsum currens velociter ad interitum. Cae ne parui facias admonitiones meas, quibus instruo te: ne obtures aures tuas seductus amore carnali, qui demergit innumerabiles homines in perditionem. Tempus breue est: negotiare dum venio redditurus tibi æternam vitā, aut flammam. Si abstuleris de medio tui peccata, & idola tua, & reuersus inuocaueris me D E V M, Redemptorem, & Custodem tuum, illuminabo oculos tuos, ne vnquam obdormias in morte, custodiam te, & lucerna mea splendebit super caput tuum. Et lætaberis formosissima, & beatissima luce

luce mea, qua dirigam gressus tuos, in nocte vitae mortalis, deducens te, ad splendorem meum, per itinera æternitatis. Aperiā oculos tuos radio infinitæ lucis meę, & quasi de graui somno eurgilans, miraberis, quomodo præterito tempore ambulaueris in tenebris & umbra mortis: & ex omni corde tuo diliges me liberatorem tuum, sacrificioque perpetuæ laudis honorabis me. Surge igitur citò, fili di lectissime, Surge de tenebris, & horrore inferni, ubi iaces, accipeque lumen cœli, quod exhilatabit te, antequam veniat nox yltima, quæ erit pena nouissima peccatorum contemnitum præsentes inspirationes, & misericordias meas. Nec meditare in secreto cubiculo cordis, & conuertere ad Orientem, ubi nascor ego sol iustitiae, qui cupio illuminare te, & impleere splendoribus Sanctorum dilectam animam tuam.

*De infælici morte peccatoris.*

## C A P. X I V.

**C**VRIT peccator dum viuit, per campos mundi, quasi taurus, qui impinguatur ad victimam. Non cogitat miser homo se à morte, tanquam à latrone insidiante

*Beatus.*